

nere, quod necessarius. Mori erat lucrum; vivere in carne, non sibi sed alijs commodum: & ferculum triumphale imagine eximia charitatis contrivit, dum mori vult & a morte recedit; quippe eluxit eius cordis summa charitas, & reclinatorium Sponsi relinquere propter filias. Pende: *Esse cum Christo, multo magis melius*, in quo ly *Melius* gravem excitat questionem. Theresia maxime arduum votum emisit, efficiendi semper, quicquid perfectius esse intelligeret. Si perfectius optat, & esse cum Christo Paulus *melius* pronunciat; quomodo perfectius erit, Christum relinquere: si melius (quod optatur) cum Christo esse?

15 *Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius*: inquit David. Maluend. *Chara in oculis Iehova mors intentata gratiosius eius*. Sæpe, imò semper mors intentata amoris telo à Theresia, ut Sponsum videret in gloria. Propter hoc moriebatur vivens, seu potius vivebat moriens, cum esset ubi amabat; & nequam ubi erat. Si huiusmodi mors multiplicatur, in gratiosis eius; Deo mors suavior, gratior & acceptior. Modò semel Theresia moreretur, theatrum Sponso pretiosum suspendebatur: & cum esset optimum esse cum Christo, in perfectiora tendens recedit ultro à Sponso; quippe si huiusmodi mors grata divino flagranti cordi, gratior omnino, si moreretur quotidie. Lucem acumini confert præfata autoritas Pauli. *Quotidie morior*: inquit. Quomodo quotidie, quod sit semel? Invenitur anceps inter proprium lucrum ex assensentia cum Christo, & aliorum commodum ex fratrum dilectorum contubernio. Esse cum Christo melius, pro quo moriebatur; verum ita, semel tantum moreretur. Ex mortis desiderio & propter fratres mortis suspensione, Paulus vivendo moriebatur quotidie: sicque esse (ubi melius) tanquam perfectius designat, dum mortem optat; ut vite sacrificium esset gratius, modò obsequium amantis exhiberetur acceptius: siquidem si mors per vota dilecto grata; quotidie, magis pretiosa.

16 Constat ergo vel in bono meliori, quanta perfectio ex voto Theresia, & quanta charitas, ubi Sponsum, pro quo moritur, derelinquit propter filias. *Quotidie morior* (alloquitur Paulus Corinthios) *per vestram gloriam*. Sermo iure dirigitur in Theresiam, dum propter filias augendo compescit amoris flammam:

et enim cum illi mors esse sic; & sic esse, contiuua pretiosior mors; ut à filiabus gloria faultè obtineretur, gloria invitante quotidie propter filias privabatur. Imitatur zelum Pauli, & cum effectu ardentissimi zeli. *Semper* (inquit) *nos qui vivimus, morti tradimur. Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis*. Idem ac ex eodem mors & vita? Claret etiam in Theresia. Quia semper morti vivens traditur, vita in filiabus videtur: morisque eius si pretiosa, dilatio magis ac magis grata; quippe quotidie diu moriendo supervixit, ut filia vitam gloriosissimam haberent. Ac rem tangeret Euripides, dicens in *Iphigenia in Aclida*. 1251.

Infans enim, qui cupit mori: Euripid. Modò insanire diceret, charitate: igitur cum gloria Sponsi Theresiam educeret extra se; ut potiretur, nil placebat nisi mors. Quotidie moritur, quotidie expirat, ut martyrium in expectatione claret. Retorqueatur Ethicus, *Epist.* 19. v. 89. *Cum bene se, quantumque volet, saturaverit amor*. Ovid. *Ipsa tibi dicit, quam patienter amat*.

et enim cum illi mors esse sic; & sic esse, contiuua pretiosior mors; ut à filiabus gloria faultè obtineretur, gloria invitante quotidie propter filias privabatur. Imitatur zelum Pauli, & cum effectu ardentissimi zeli. *Semper* (inquit) *nos qui vivimus, morti tradimur. Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis*. Idem ac ex eodem mors & vita? Claret etiam in Theresia. Quia semper morti vivens traditur, vita in filiabus videtur: morisque eius si pretiosa, dilatio magis ac magis grata; quippe quotidie diu moriendo supervixit, ut filia vitam gloriosissimam haberent. Ac rem tangeret Euripides, dicens in *Iphigenia in Aclida*. 1251.

15 *Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius*: inquit David. Maluend. *Chara in oculis Iehova mors intentata gratiosius eius*. Sæpe, imò semper mors intentata amoris telo à Theresia, ut Sponsum videret in gloria. Propter hoc moriebatur vivens, seu potius vivebat moriens, cum esset ubi amabat; & nequam ubi erat. Si huiusmodi mors multiplicatur, in gratiosis eius; Deo mors suavior, gratior & acceptior. Modò semel Theresia moreretur, theatrum Sponso pretiosum suspendebatur: & cum esset optimum esse cum Christo, in perfectiora tendens recedit ultro à Sponso; quippe si huiusmodi mors grata divino flagranti cordi, gratior omnino, si moreretur quotidie. Lucem acumini confert præfata autoritas Pauli. *Quotidie morior*: inquit. Quomodo quotidie, quod sit semel? Invenitur anceps inter proprium lucrum ex assensentia cum Christo, & aliorum commodum ex fratrum dilectorum contubernio. Esse cum Christo melius, pro quo moriebatur; verum ita, semel tantum moreretur. Ex mortis desiderio & propter fratres mortis suspensione, Paulus vivendo moriebatur quotidie: sicque esse (ubi melius) tanquam perfectius designat, dum mortem optat; ut vite sacrificium esset gratius, modò obsequium amantis exhiberetur acceptius: siquidem si mors per vota dilecto grata; quotidie, magis pretiosa.

DIDASCALIA V. Amor Gertrudis ingeniosus amor.

1 *F*allicur Publ. Syrus dum in *Mimis* inquit: *Fœmina peior fœmina*; igitur sese offert perfectior, præmissa bona. Theresia gratijs præstantissime fulget, & Gertrudis gratia apparet; ut constet quòd non fœmina peior nonnumquam fœmina, sed *filia melior filia*. Dissert enim stella ab aurea rutila stella claritate radiorum; verum amœna semper conciliatrix claritas stellarum. Quid inter Theresiam & Gertrudem uti discrimen intererit? Dicit devotio, estò sumptum ab Ethico, lib. 2. *Amor*. Eleg. 10. à v. 5. *Utraque formosa est, operosa cultibus amba*:

Artibus in dubio est, hac sit, an illa prior. Ovid. *Pulebrior hæc illa est: hæc est quoque pulcrior illa*. *Et magis hæc nobis, & magis illa placet*. Equidem cum utraque gratiæ miraculum; in discrimen miranti atque colenti duntaxat occurrit dubium (sine discretionem vel

in

Quo amoris excessus. 1. Cor. 4. 11. 12. Unde filiabus gloria. Cant. 6. 8. Math. 25. Sponfus & Sponfa unum. Hefius. Castann. Cor Gertrudis & Sponfus unum est cor. Idem. Ioann. 21. 18. Theresia & Gertrudis quam similes.

in profectu scientiæ à celo communicatæ, vel in virtutum misericæ operatione) harum utra, filia gratiæ, melior filia. Sponfus unus exponitur. *Fuit vir unus*. Vidimus Theresia erga illum in redamatione flammam, pendamus in Gertrude eximij amoris indultriam. *Fuit vir unus* virginum Sponfus; futura erat Sponfa, ut ornaretur thalamus: Iccirco virgines mira speciositate exierunt obviam sponso & sponfa. Cur ergo si de Sponso dicitur, *Fuit vir unus*, celestis, præclarus, singulariter inclutus; ac de Sponfa, *Una est columba mea*: una; dum connubium in Evangelio enunciatur, nec unus nec una dicitur? Si esset alius & alia, nulla in amore vehementia. Summus amor prænotator, dum mortale immortali coniungitur, viventibus uno corde, uno spiramine, unà vitâ amoris ferventis flamma. Quapropter cum unum in excessivo amore sit necessarium: post nuptiarum contubernium, nec unus nec una nominatur, qui iam unum. *Spiritus unus, amorque animis concordibus unus*.

Una anima est: animos quis putet esse duos? Ita Guilhelm. Hefius de *Charit.* Emblem. 33. Altruic etiam Calkannia in cap. 4. lib. 1. *Div. insinuat*, ubi Christus Gertrudem sic alloquitur: *Nec duo corpora nos iam & unus animus (ut de familiarissimis dici solet amicis) sed unus homo in unum corpus, unumque spiritum commisi sumus*. Hinc Sponfus Christus à Gertrude excoardatur, dum sicine & diligit & diligitur. *Patetur* (idem ibid. inquit) *se se illum amore Sponse, ut ipsius cor in illius cor sit mutatum & conversum*. Tanta est divina gratie virtus, tamque reddit animam Deo gratiosam, & tanta cum voluptate hanc imaginem, & divinum opus suum artifex ipse contemplantur, & divina arte expressam sui similitudinem tanto amore prosequitur; ut quasi transformatus in illam, illius personam induat. En philosophia celestis summi amoris, & mutui; quippe amans vivit animâ amantis.

2 Redditur à Petro negationi trina dilecti confessio; ne minus amori lingua ferviat, quam timori: & plus vocis elucuisse videatur mors imminens, quam vita præfens. Dixit ergo Iesus illi: *Simon Ioannis amas me?* Respondit ergo: *Domine, tu omnia nosti: tu scis, quia amo te*. Amare dicitur iuxta Caictan. hic, vehementer diligere; sed deviat ab ingenio

vehementis amoris, astruens amoris confessionem, & flagrans Petri profitentis cor; *utpote confectus sui proprii affectus erga Iesum*. Si ex proprio affectu oriretur cognitio; non diceret Dilecto, *Tu scis*, sed *Ego scio*, sicut protulit, *Amo*. Amor erat ex proprii cordis affectu: cæterum haud esset vehemens, si esset in illo cognitio. Claret causa. Qui amat intense, vivit in dilecto: minimeque dicit Petrus, *Ego scio*, sed *Tu scis*, quod te te amo; quippe dum Petrus Iesum amabat, solus Iesus scire quibat: etenim in throno glorioso cordis, animam continebat amantis. *Ubi sum, ibi non sum. Ubi non sum, ibi est animus*. Plaut. *Accinit Plautus in Cystellar.* Act. 2. scen. 1. v. 6. Anima amantis in corpore videtur esse, sed fertur amore; ut sit ubi non est, sed ubi subsidet cor: dicitque Petrus, Iesum eius cognoscere amorem, ubi erga illum pectus fovebat vehementer; quia illum cognoscere poterat, in quo feliciter eximio amore vivebat. Uterius. Duæ cognitiones exponuntur à Petro, dum eius amoris desideratur cognitio: scilicet, *Tu omnia nosti, & Tu scis, quia amo te*. Si Christus cognoscit omnia, flagrantis peccatoris Petri non latet flamma. Cur igitur promittit amoris cognitio, quasi ultra cunctorum notitiam alia necessaria notio? Dupliciter cognoscitur amor, potissimè si vehementior. Cognoscitur in intentione ex cordis affectu; & simul voluntate, ex cordis situ: sedet anima in amato. Unde scientia amoris speculative atque practicè in dilecto; quoniam vehementer diligens præ amoris firmissimi veritate, cognoscit, secum non esse. Patuit amor Petri Christi scientiæ, & patuit amori. Intellectui ac voluntati: Petrusque dicit Christum eius amorem cognoscere, & quia voluntatis incendia atque flammam noverat; & quia vitam amantis secum habebat.

3 Amans in dilecta fertur, & secum non est, ut secum sit; moriens sibi dulci vulnere ac telo, ut vivat singulari metempsychosi in amato. *Quantum possit amor, qui vitam in morte ministrat*; huiusmodi mors in vita demonstrat: vide Achillem Boechium, *Symbolic.* qq. 7. In dilecto nec esset, nec viveret, ni maximoperè & propensius amaret: in morteque amantis collocatur potentia atque vita amoris; quippequam ni moreretur sibi, haud esse quibat in corde & vita dilecti, ut amoris metamorphosi ac

Discrimen inter diligere & amare. Caictan. Amans ubi est in dilecto. Ibidem. Quomodo eximius cognoscitur amor, ex cordis situ. Achill. Boech. Quo ingenio per mortem vivat.

potentiã utriusque effer una vita. Canit Mantuanus Elog. 3. à v. 97.

Mantuan.

At voluit quoties aliena ex arbore secto Sarculus inferitur trunco, natura duorum Iungitur, & misto coalescit corpore virga; Sic Domina dilecta mihi se immerisit imago, Et fecit duo corda unum, duo traxit in unum

Bernard.

Qua arte in amantis sub tior, quò totum divinum est, quod sentiantia fit tur. Sic affici, deificari est. Manet quidem hominis substantia, sed in alia forma, aliã gloriã, aliãque potentiã. Si hæc amoris cacumina, præpropere Gertrudis ascendit flamma; qua de causa illa Sponsum vocat spiritum suum; dicit ergo lib. 2. cit. cap. 23. Rapuisti me ad talem tui anionem, quod supra miraculam miror, quod post potui amplius vivere sicut homo inter homines. Adidisti etiam mihi illam nobilissimam Aram Deitatis, scilicet, deificatum cor tuum præbendo in copiam omnium delectationum mearum: nunc gratis dando, nunc ad maiorem indicium mutua familiaritatis, illud mihi pro meo commutando. Inter qua specialius præfero, quod impressisti cordi meo saluberrimo, & rimorum vulnerum tuorum præclara mollia: & ad hoc, vulnus amoris; scilicet, ut in corde meo delicias tuas iugiter cum anima mea posses habere; perficiens hoc donum, omni creature stupendum: quod scilicet, ab illa hora usque in præsens nunquam ad oculi istum sensu, vel cognovi te cordi meo alienatum. Ita ergo in Sponso viventi facta vox: Sicut ego sum figura substantia Dei Patris in divinitate; sic tu eris figura substantia mea ex parte humanitatis, suscipiens in tuam deificatam animam emissiones mea divinitatis. Aditis Tom. 1. Tautolog. 5. Didasc. 20. num. 4. & Tom. 4. Tautolog. 12. Didasc. 5. num. 8. Siccine.

Christus cor Gertrudis accipit, & rimorum vulnerum tuorum præclara mollia: & ad hoc, vulnus amoris; scilicet, ut in corde meo delicias tuas iugiter cum anima mea posses habere; perficiens hoc donum, omni creature stupendum: quod scilicet, ab illa hora usque in præsens nunquam ad oculi istum sensu, vel cognovi te cordi meo alienatum. Ita ergo in Sponso viventi facta vox: Sicut ego sum figura substantia Dei Patris in divinitate; sic tu eris figura substantia mea ex parte humanitatis, suscipiens in tuam deificatam animam emissiones mea divinitatis. Aditis Tom. 1. Tautolog. 5. Didasc. 20. num. 4. & Tom. 4. Tautolog. 12. Didasc. 5. num. 8. Siccine.

Alliama.

Taubm.

Plaut.

Concordes animæ casto sociantur amore. 4 Hæc utique præclara, sed respectu dilectionis Gertrudis, eius amori principia. Altiora petit, singularia discutit, Ut amantem amanti decet. Si singularis Sponsus in fide demonstrationum; Gertrudis etiam singulare studium, ut insigni pectoris flammã, in amore appareat unica. More & modo. Amorem querit amando. — Flammam media ipsa tenebat Ingeniem, & summa Christum ex arce vocabat. Verum quomodo? Amoris sublimi ingenio, & effectu amoris novo. Amoris conditio est, ut à dilecto amantis rapiatur cor; quippe captivã suavitate vinculo-rum voluntate, amor amantem non finit esse sui. Econtra est usus intellectationis: equidem cum ratio versatur in intellectas species; ad se necessariò trahit, quicquid ratiocinio intelligit. In corde Gertrudis invenietis me (dicit Sponsus) cui totã affectione inter eius amplexus tanquam captivum tradidi. Illa amore non fertur in Sponsum? Utique. Qua ergo lege habet captivum? Propter amoris singularis ingenium: igitur cum astuaret cor charitatis vehementiã; traxit in cor, à quo tracta. 5 Ingenium ebaritatis signat Paulus, dum plaudit in hacie inaudita nova scientia, amoris studium. Sit. Ceterum in quo amoris ingenium? In modo speciali amoris, & processu voluntatis. Ingenium spectat intellectationem, charitas voluntatis originem. Intellectus trahit res ad se, voluntas fertur à rebus. Intellectus trahit res ad se, rerum intelligentiã; quia intelligendo fit omnia. Voluntas fertur à rebus, quippe amor pondus. Ferri amore, amori commune: trahere verò, quia extra amoris tenorem, singulare: signaturque à Paulo in processu singulari amoris, amoris ingenium; quia omnino in amore novum, quod amor intellectualis in sphaera & ordine dilectionis; siquidem si voluntas fertur in dilectum, & trahit bonum; clare novum amoris studium, quòd dilectus à voluntate trahatur, dum diligens, quippe diligit, ipsã voluntate fertur. Sic ordinatur charitas, ubi dilectionis supereminet celsitas; quia tunc ordo charitatis sublimis, sine ordine amoris regularis. Ni excederet (potentiarum permutando processum) frequentiore in amore modum; esset charitas, sed non haberet ingenium. Captivatur voluntas à dilecto: summaque petit amoris studio; quia per nova mira dilectionis obsequia, traxit captivum captiva. A dilecto capta per suavissimam dilectionis dulcedinem, captivam duxit profectò captivitatem; dum dilectus tractus per nobile studium, intellectum captivavit in obsequium: igitur si intel-

dium, ut insigni pectoris flammã, in amore appareat unica. More & modo. Amorem querit amando. — Flammam media ipsa tenebat Ingeniem, & summa Christum ex arce vocabat. Verum quomodo? Amoris sublimi ingenio, & effectu amoris novo. Amoris conditio est, ut à dilecto amantis rapiatur cor; quippe captivã suavitate vinculo-rum voluntate, amor amantem non finit esse sui. Econtra est usus intellectationis: equidem cum ratio versatur in intellectas species; ad se necessariò trahit, quicquid ratiocinio intelligit. In corde Gertrudis invenietis me (dicit Sponsus) cui totã affectione inter eius amplexus tanquam captivum tradidi. Illa amore non fertur in Sponsum? Utique. Qua ergo lege habet captivum? Propter amoris singularis ingenium: igitur cum astuaret cor charitatis vehementiã; traxit in cor, à quo tracta. 5 Ingenium ebaritatis signat Paulus, dum plaudit in hacie inaudita nova scientia, amoris studium. Sit. Ceterum in quo amoris ingenium? In modo speciali amoris, & processu voluntatis. Ingenium spectat intellectationem, charitas voluntatis originem. Intellectus trahit res ad se, voluntas fertur à rebus. Intellectus trahit res ad se, rerum intelligentiã; quia intelligendo fit omnia. Voluntas fertur à rebus, quippe amor pondus. Ferri amore, amori commune: trahere verò, quia extra amoris tenorem, singulare: signaturque à Paulo in processu singulari amoris, amoris ingenium; quia omnino in amore novum, quod amor intellectualis in sphaera & ordine dilectionis; siquidem si voluntas fertur in dilectum, & trahit bonum; clare novum amoris studium, quòd dilectus à voluntate trahatur, dum diligens, quippe diligit, ipsã voluntate fertur. Sic ordinatur charitas, ubi dilectionis supereminet celsitas; quia tunc ordo charitatis sublimis, sine ordine amoris regularis. Ni excederet (potentiarum permutando processum) frequentiore in amore modum; esset charitas, sed non haberet ingenium. Captivatur voluntas à dilecto: summaque petit amoris studio; quia per nova mira dilectionis obsequia, traxit captivum captiva. A dilecto capta per suavissimam dilectionis dulcedinem, captivam duxit profectò captivitatem; dum dilectus tractus per nobile studium, intellectum captivavit in obsequium: igitur si intel-

Virgil.

In quo ingenium amoris Gertrudis dicit

Lib. 1. cap. 4.

7. Cor. 8. 2.

Quale & quantum!

Cant. 2. 4. N. cui ordo amoris sine ordine voluntatis.

Ephes. 4. 2.

stus

æus nequaquam ducitur, & voluntas bono fertur; magnum emicat ingenium charitatis, in ordine miro singularis amoris: igitur novum, qui captivavit diligens animam, tradi captivã voluntati captivum. Theatrum patet amoris inter cor Christi & Gertrudis, in qua invenitur, dum queritur, igitur in eius amplexus tanquam captivus voluptuosè traditur. 6 Scrutemur in fabula quã iocunda dilectionis vincula. Liber amor cum hinc inde vagaretur, a Nymphis obsequijs, quasi insidiosè capitur, ligatur, sicque vincus, Decori traditur cultodiendus. Mater ligatum invenit, pretium, ut solvat, solvit; sed amor renuit: etenim illic ac Decor cognovit, decrevit firmiter vivere deditius, iam vinculis deditus. Canit Anacreon, Carm. 30.

Captus amor renuit libertatem.

Anacreont.

Castan.

Theocrit.

Christus Sponsus Gertrudi captivus.

Muse florea vincula Capto nuper Amori Inicere coronas, Vinculum dantque Decori. Nunc autem Cytherea Quærens, munera præfert; Quis absolvat Amorem: Sed quavis redimatur, Hærebit tamen illic, Lam servare furtus.

Videmus è pectoris Gertrudis flammã, quicquid Græcia mendax habet in historia. Nymphæ virtutes sunt, quæ capitur Amor, Gertrudis Sponsus, cuius concupivit decorem, ac gratiarum venustatem. Iceitò Gertrudi dicit, apud Castan. d. lib. 1. cap. 12. Tanta est mihi pulchritudo tua, & universi corporis gratia; ut te intuendo, mentem explere nequeam. Neque in collis, neque in terris quid reperio, in quo sine te oblecter. Amor meus in te tantus est, quod sine te vivere nolo: lib. 3. cap. 5. Tantus! Claret, si vincus. Redimitur à Matre? Utique, sed hæret Sponsæ. Haud gravatur vinculis è Gertrudis brachijs.

Sic amat amatus.

Videamus articulum. Virginea mater tua (alloquitur Sponsus) te filiolum dilectum uteri sui, reddi sibi à me repetijt. Accipit, postque immaculatis manibus suis porrexit mihi te virginalem parvulum, amabilem infantulum, quasi totis conatibus amplexus meos nitentem. Recedit à matre, fludet Sponsa, ut clareat eius charitatis ingenium: igitur vehementis amoris signum; quòd ubi Gertrudis cor ob Sponsum extra pectus, ob singularem amorem Sponsus à tracta tractus.

7 Vulnerasti cor meum soror mea Sponsa, Sæpe dixit dilecta Gertrudi Amatus, ex loco Cantie. quod ita interpretatur Maluenda: Dicit Specie hominis in amorem summum exarscentis. Intimè amas me: traxisti me ad tuum cor, ut ibi maneam, & te totam diligam. Missisti me in tuum cor. Non solum amat Sponsa, sed & intimè: flagrat Sponsus, & summe, quasi ex illa in pectus adacto vulnere, ex quo gloriosus; quippe per illam faucium usque ad intima pectus. Sed unde vulnus? Illa tracta post Sponsum accurrit, quia Sponsus amore trahit. Quo ergo pacto quò dilectus in cor diligens trahitur, dum illa præ amore in dilectum fertur? Amor, quo vehementior, ingeniosior; quippe intellectus nobile ingenium munus claret amantis voluntatis modus. Amor ampliore ostendit flammam, dum transit obsequijs voluntatis sphaeram. Dilectus allucitur, dum voluntas ducitur: si ille in diligens fertur, amore certo certius vulneratur; manens in corde quod traxerat, quum dillexerat. Unde si vulnus amoris ex excessu voluntatis, efficacia intellectationis; intimum & usque ad animam Sponsus ostendit vulnus, quippe singulari ingenio à rapta præ amore raptus. Ulterius. Operatio communis amoris est traditio voluntatis, quippe cor tendit in ea, quæ diligit. Summi amoris effectus est ex vulnere diligens dilecti vulnus, quo trahens trahitur, & ducens ducitur; ut ibi maneat, unde vulnus acceperat: Sponsusque se fatetur vulneratum, & amorem ex vulnere profectò summum; quippe quã præ amoris vulnere, dulciter tractus manet in corde dilectæ. Ni intellectua-lis esset amor, fervaretur in amore ductæ voluntatis tenor, quo cor fertur in quod diligit, & nihil amando trahit. Trahit ubi amoris excessus; igitur amantis pervertitur munus, ut capientem capiat, at lagitantem feriat, recludens in pectus per illatum cordi vulnus: Sponsusque se faucium à Sponsa nominat, & raptum cupide eius dilectionis indicat, demonstrans in amore summitatem; dum in corde diligens statuit habitationem.

Cant. 4. 9.

Maluend.

Amor quo ve vehementior ingeniosior.

Trahit, dicit trahitur.

Ioan. 13. 1.

Unde scientificus amor?

me eius charitatis ingenium : igitur si voluntas fertur, in quod diligitur; uti ex scientia, charitate qua dilexit, corda hominum ad se traxit. Hæc est summa amoris flamma, ac ultra sphaeram amoris, singularis dilectionis sphaera, charitatis preclara cacumen; *Scire etiam supereminentem scientie charitatem.* Per hypallagen: idest, scire supereminentis charitatis scientiam: igitur in huiusmodi scientia amor eminet; dum ingenio singulari charitatis instruit, corda trahi à voluntatis potentia, quæ subdit amantium corda: pareque scientiam voluntatis amando, quod perficit intellectus cognoscendo: quandoquidem summo acumine cor dilecti trahit ad se, cui deditur pectus cor.

Ephes. 3, 19
Hypallag.

Martial.
Gertrudis
cur cor ha-
matum?

Ubi sup.

Ovid.
In Sponso
vulnus pe-
toris inven-
tum est fur-
tum cordis.

Maluend.

Castann.

Imitantur banos dona.
Canit Martial. lib. 5. Epigram. 18. Nunquam verius, quam in amore Gertrudis quasi infidiosa præstanti oblatione cordis. Magna dedit, sed sibi voluit maiora remitti, imitante dono aduncum hamam, ut matius à capiente caperet donum; etenim ubi cor dilecto dedit, in cor suum cor eius rapuit.

9 Vidimus Sponsum ab illa, charitate vulneratâ, vulneratam. An quærum? Iurè igitur, si ubi fulgida lucee charitas, experitur infidias per amoris ingenium: siquidem quod videbatur vulnus pectoris, inventum est furtum cordis: ipsa enim ostium vulnere aperuit, ut tutò cor surripere possit. *Excordasti, absulisti, ademisti mihi cor.* Vide Maluend. & Alapid. Si ibi ubi cor, vita amantis, rapuitque Gertrudis; quando Sponfus inquiritur, in corde Gertrudis invenitur, per quas infidias excogitavit charitas: *Affluit infidiosus amor: igitur vel quærus plaudite nobile furtum; quia cor rapuit à quo raptum.* Contemplemur modum. *Excordasti me, soror mea Sponfa.* Alij apud d. AA. econtrario legunt. *Cordificasti me, cor mihi indidisti.* Cor Sponso tribuit, & cor abstulit? Utrique. Cordis donum imitatum est hamum: igitur cum Sponfus tradat cor, cui cordi singularis amor est; naçta Gertrudis est furtum, per charitatis ingenium: etenim oblato corde, amoris arte, tota mente summa fide, cui respondebat Sponfus, qui ab illa acceperat vulnus; illicò ac deditiam voluntatem obtulit, in proprium cor tanquam captivum traxit. Sic illi Sponfus ostendit: *Sic me in te transfuisti, teque totam meam feci* (Castann. in lib. 1. cap. 4.) *ut iurè iam non tu, sed ego in te,*

Sumpsit spicula in illam à Sponso missa, ac in corde flammata; & ignem iaculis misit, ut amore amor arderet: equidem per sagittam in cor Sponfi volantem, totum incensa inflammavit amorem.

Prob mira! Quis ignem igne uret? Flammas sensit amoris Amor.
10 Sicine à quadam puella ciecità scintilla in nitrato pulverem; totum, maiore ardente in animo flammâ, corripicendum ab igne fecit fomitem.

Illicet arsit
Exemplò fulgur, tonitruque exterrita pinus

Evomuit flammaram undas, & fragmina celo
Sustulit avulsa disiectâ mole carine.

Vide Favian. Stradam lib. 2. Procluson. 3. De celo ignem misit Sponfus in Gertrudis ductile pectus, intendens è corde incendium. Unde sagitta ignitâ aperiente in pectore pervium ostium; qui è celo misit, reiam volacile sensit: inflammatum ad cor traxit; quippe favilla cœlesti corripiente medullas; totum exarsit in flammâ; & dam flagrans patuit in pectore cor qui defursum descendit.

Ignis in igne fuit.
Ideo non tam radijs, quam flammis cor Gertrudis micat inter candentes carbones; de quo lib. 2. cap. 3. Igne exprimitur eius dilectio, ut efflueret cunctis tanti amoris singularis conditio. In igne vivax emblema? Nec sine causa.

Meus ignis, Amyntas:
Dicit Profanus, *Elog. 3. v. 66.* ex quo Ovidius, 2. *Amor. Eleg. 16. v. 11.* succinit: *At meus ignis.* Horat. *Epod. de Helena, O. 14. v. 13.* *Non pulchrior ignis accendit Ilion.* Denique Tibullus lib. 4. *Eleg. 5. v. 6.* *Mutuos ignis adest: mutuos adsit amor.* Quæ quidem acceptio usquequaque in sacris, uti latè videbimus *Tautolog. 5. D. 1.* *Meus ignis* dicitur ab amante dilectus, in quem loc. La-Zerda num. 7. subdit: *Preclarè, ad eximium amorem indicandum.* Unde ergo in igne tanti amoris pondus, ut per illum signetur amor eximius? Ignis cuncta ad se trahit, iostequæ tracta convertit: Gertrudisque dicitur ignis Sponfi, à quo tracta, ut constat ex pectore iam candente flamma eximia: igitur tracta Sponsum in pectus traxit, & in se mirè idinsit ignis convertit. Ad loc. cit.

11 Modò scitur cur dicitur à Sponso de illa Methildi, d. lib. 1. cap. 4. *Nusquam optatori congruentiorè modo me*

Claud.
Mia.

Strad.

Ignis Ger-
trudis fia-
grat Spon-
sus.

Ovid.

Virgil.
Ovid.
Ignis pro
amore.

La-Zerd.

invenire potes, quàm aut in sacramento altaris, aut deinde in huius mea dilectæ corde & anima. Ad hanc enim admirabili modo omnem cordis mei divini delectationem converti. Quid igitur commune inter thronum Sponfi, Gertrudis animam, & Eucharistia augustissimam escam? An quia à Gertrude trahitur sagittis, sicut in sacramento mirè descendit è cœlis? Alia micat singularitas, ut præset quanta erga Gertrudem voluntas. In sacramento panis ille uti vitalis, de cœlo descendens, non convertitur in substantiam aliti, sicut panis ad nutritionem communis. Quicquid in escam sumitur, in manducantem convertitur. Christus datur in cibum singularem, hominibus singularem demonstrans amorem: igitur cibo sequente amoris modum, quo trahit, dum fertur, corda rationalium; singularem, eximiam largitur escam, dum manducantem convertit in alimentum substantiam. Sequitur formam sumentis panis communis: aliter cœlestis panis; quippe dum præcordia lustrat, sumentem in se transformat. Libavi plura in hocce propositum, Tom. 2. T. 10. D. 6. adi. Hoc opus mirabile lucei in Gertrudis corde: igitur si in sacramento Christus trahit trahentem, ob insignem, studiosam, excessivam charitatem; nunquam convenientius invenitur, quàm in sacramento altaris, vel in pectore Gertrudis: igitur ab illa captivus trahitur, & cor eius in cor Sponfi convertitur. Contemplantur in huiusmodi demonstrationibus speciem quasi hominis, in amorem summum exardescens.

Analogia
presentie
Christi in
sacramento
altaris, ac
in corde Ger-
trudis.

Psalm. 72.
21. 26.

Cor habet
Sponfi.

in carne defecit cor: ut claresceret, quanti Gertrudis haberetur, dum cor ex amore amisset, per quod invenit: siquidem charisma uti insignis amoris summum, quod Dei cor appeller proprium.

Omnia ingenia mihi sunt,
Dum cor in carne dereliquit me; sed deficiente non defecit; quia Sponfi traxit. Amor summus est, & pulchrior, quia trahit amor. Mutuò cor utriusque in utroque traxit: & cor Gertrudem reliquit, quia illud Sponfus in suum convertit: qui quidem ab illa plauditur *Deus cordis mei;* quippe Sponsum sagittatum attraxit in proprium cor. Inflammatum altit Gertrudis, in pectore præfens simulque deficiens. Haud trahere, quod fursum, qui ret; ni in cœlum volando ascenderet. Flamma nonnunquam fursum: & cor signat pro dilecto & à dilecto inflammatum; ut indicet ingenium quo rapuit, dum illum in cœlo invenit: siquidem traxit cordis harpagone subtili, ut ductus eius habitaret in corde.

Plant.

Et Spon-
sum in cor-
de.

13 Inter omnes proximam sibi, affectu Amor: ita ut nemo mihi, quàm illa sit vicinior, aut coniunctior. Ibid. lib. 1. cap. 4. Firmamentum lucidis stellis variegatum, depictum invenies apud Odavium Stradam, Tom. 2. Hieroglyph. 52. cum hocce lummate: *Aspicit unam.* Quo loco Iacobus Typotus inquit: *Quasi unius amore captus & bulus sale captus, quod in virginum choro esset frequentior, responderit adamata; se plurium consortium non fugere, sed uni, ipsi sibi adhaerescere.* Naclerus enim unam Cynosuram miratur, licet totum cœlum & tot cœli stellas contempletur: ita se, humanitatis causâ ceteras colere virgines; sed unam illam venerari, & adamare. Valeant voces absurde, ut hieroglyphicum aptemus veritati. Multæ utique Christo Sponfæ & dilectissimæ, quasi sidera in Ecclesiâ cœlo sparsæ; verum intra cœlestem lucidam tot virginum sphaeram, Christus duntaxat videtur aspicere unam; Gertrudem nempe, ut quiescat ac inhabitet in eius corde: etenim quum illum illic è sinu Patris hausisset, in illum Sponfus thesauri gratiarum divitiis velut effudit. Quid quod illi vicinior; si nulla præ illa in redamatione acceptior? Ostendit acceptionem Gertrudis optatum pectus, igitur ab illa, ut cor inhabitet, captus.

Strad.

Typota

Nulla magis
Sponfi
accepta.

14 *Una est columba mea, perfecta mea: una;* Una tantum? Videtur difficultum. Sexaginta sunt regionæ, pulcherrimæ.

Cant. 6. 32

ma, & speciose: aliarum venustate ornatu thalamus, ac virginum non est numerus: quomodo verè inter tot amafias unam dicit? Quia ut perfectior magis placet. Dicitur Sponsus pulchritudine, ut gratior profundius infedat cordi: ut sit vicinior, quæ in perfectione speciosior: unamque vocat Sponsam, uti perfectam; ut ostendat cunctis præcellentem gratiam: quandoquidem inter tot fœminas dilectas & speciosas, charismatibus & dotibus supergressa est univèrsas. Coniunctior Sponso designatur Gertrudis, innumeris donis & præ alijs. Amoris in redamatione momenta producant eius encomia. *Suscipiens in brachia sua, quasi glorians de ea, ipsam Deo Patri ex perfectione sanctitatis illius ex persona sui iucundè Christus presentabat.* d. lib. 3. cap. 18. Virgines multæ sunt, ac venustæ; sed nulla uti Gertrudis respondit amori: diciturque iurè una præ cunctis perfectæ; quippe respectu Gertrudis reliquarum respectus, non est Sponfarum numerus. Flos pulcher æstimatur, quousque luminibus occurrat pulchrior. Plures nitent in Ecclesiæ militantis paradiso, sicut præclara sidera cœlo: unde Sponsus inter tot flores & stellæ, ut perfectam, Gertrudem respicit unam; quippe in illa conspexit cunctarum gratiam. Haud novum, quod vicinior, si illi gratior. Haud mirum, quod una, si perfectior; perfectionem indicat Sponsi à Gertrude vulnus; quia præ cunctis Gertrudis amore captus. Macè dilectionis ingenio dulcissimum sanè cor.

Antecellit amorem suum

Præ cunctis Christus à Gertrude amore captus.

Propert.

Non sibi cum rapto cessat amore Deus.

DIDASCALIA VI.

Electio optima, ubi prius dotes suffragantur, quam suffragia.

I Sic igitur consulitur dignitatis decori, non electi; ut electus emineat dignitatis decor, quia illi ab illa nullus fulgor: etenim plenissimam spargit in munere lucem; modò assumptus, ut sit lux, haud fulget per dignitatem. Ita fulgent dignitates, si eliguntur dotes: igitur electio per suffragia plausibilior, eligi quandiu nequiverit, nisi qui & melior. *Fuit vir unus:* dicitur de Elcana. Alij ut vidimus in *Liter.* legunt: *El-*

Fulgent dignitates, si eliguntur dotes.

Reg. I. I.

Elus. Ita excellens, inelytus; singularis per commendabiles dotes. Verum electio quomodo, si nequit dari ad minus nisi inter duo? Est & electio eligendi à præclaris instrumentis; & est electio à suffragijs: Elcanaque iurè dicitur electus, quantumvis unus; quippe antequam suffragia, in dignitatem elegerant ornamenta. Optime eligitur, dum excellens in munere collocatur; quippe pares electi dotes, & officia dignitatis: & qui unus, dicitur ante electionem electus; quia inter tot eligendos dotibus unicus. *Vir & unus* designatur, quum ita commendabilis exponitur. *Vir* addit supra hominem, qua homo homo cognoscitur, excellentem virtutem. Unus autem, dotium singularitatem: daturque & prudens electio ante tractum electionis; quippe non solum eligitur homo, sed & homo singularis. Clamant dexteritas in regimine, momentaque prudentiæ, ut alioquant tuta suffragia, quem sine suffragijs elegerunt ornamenta. Multi erant, quibus Reipublicæ habenæ credi quibant: & inter tales Elcana dicitur unus; quippe præ cunctis ille solus in regimen aptus. *Unus & electus.* Utrique, illum dignitate possente, quia electus ab illa, priusquam electio esset facta: siquidem illius suffragijs electio effragitur dignioris: & unus & electus inter omnes nominatur, priusquam ab omnibus nominetur; ut constet quam spectabilis per insignes dotes, qui unus unicus inter primates: equidem iurè nunquam electio prudentior; quam ubi sine suffragijs felix assumitur dignior. Vide in *Liter.* n. 12. quomodo perfectionis sit electio ex numero sine numero: siquidem nobilior libertas in electionem; ubi instrumenta præclara firantur eligentis libertatem.

Quando electio ante electionem.

Cantic. 9.

2 *Qua est ista qua progreditur, quasi aurora consurgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol?* dicunt vel homines vel Angeli, exurgentis in thronum miro fulgore: etenim plauditur assumptorum thronus, dum spectaculum facti & Angelis & hominibus. Interrogatio indicat admirationem, quasi in electione aliquam præsentissent novitatem: aliquid sanè subleto indignum, ubi electio expectanti occurrat aliquid novum: ceterum omninò plausibile in meditata benemeriti electione; dum admiratione non ex assumptione in falsum dignitatis, sed ex dotibus assumpti in dignitatem electis. Quasi Sol merita electa, quorum iactum uti aurora, & pro-

Admiratio electionis ex duplici titulo.

processus quasi Luna. Prudentissimè, equidem gradatim assumitur, qui feliciter extollitur, testante regiminis erga minora exercitia, an præceptis vel considerata electio: igitur nonnunquam suspiciosa, si ex imis impetè ad summa. Hinc Paulus: *Non neophytum, ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli:* turpeque attonant in electi præcipitium: turpeque patet, uti infuctum, videre Superiorem attonitum; qui quidem iudicio elatus apparet sine iudicio, vacuo præ inflatione cerebro; etenim saltigij novitate percussus, eminet ac ridetur superflatus. Non quasi ex fide, sed ex opere debemus modò cum Hieronymo plorare. *Heri catechumenus, hodie Pontifex? Heri in amphitheatro, hodie in Ecclesiæ: Vespere in Circo, mane in altario! Dudum fautor bisfrionum, nunc virginum consecrator! Num, ignorabat Apostolus tergiversationes nostras, & argumentorum ineptias nesciebat? Hæc Epiph. 83. Senecaque Epist. 111. inquit: In magnis eventis montibus, quorum proceritas minus apparet longè intuentibus: cum accesseris, tunc manifestum fit, quam in arduo summa sint. Aptus assumptus videtur: & videtur ineptus, repente assumptus; siquidem qui nec in infimo subfello, sed ens inflatus in throno, muneris proceritate saxò laborat vertigine: qua perturbato cerebro, superbiz arrogantis dolo, claret exaltatione inopinà, caput non habere ad superiora.*

a. Tim. 3. 6. Suspiciosa, si subito eximis in summa.

Hieron.

Seneca

Unde ev. eius attentione

Tacit.

Sine experientia cerebrum rotat.

Bernard.

3 *Aliter, sed in propositum Tacitus. Officijs & administrationibus* (inquit in *Agricol.* cap. 19.) *potius non peccaturos, quam damnare cum peccassent.* Aptior, peritiorque medicus, qui cohibet, quam qui sanat promptè vulnus: meliusque, impedire crimen, quam condemnare peccantem. Optimum (dicant) apparebat, ac commendabilis egregijs meritis. Quis talia crederet? Appositius, Quis talia non cogitaret? Aliter, apparet ineptia argumentorum, dum propter utile tergiverfat cerebrum: siquidem cum altiora sint munera, non regunt, sed attrectant sine experientia. Hispan. *Pierden el tino.* Astipulatur Bernard. in *Cantic.* serm. 23. n. 7. *Habeo & alia nomina, evidentiorum sui gerentia rationem: hoc est, sub alio, cum alio, Super alium: vel sic, Subesse, coisse, præesse.* Omnes homines natura æquales genuit: at quoniam bono natura superbia depravato, facti sunt homines æqualitatis impatientes; condantur invicem Superiores constitui, alterum supergredi cupien-

tes, inanis gloria cupidè, invicem involventes, invicem provocantes. Haud quadrat Super ad unquam; nisi Sub & Cum præcedant in assumptionem: quandoquidem prorsum ineptiet, dissiptique Prælatas, qui nescivit esse focus, aut subditus. Profectò merebit æqualitatis impatiens, quisquis ullius etiam nescius subiectionis: igitur vel habens cerebrum, habuisse non constat usum. Quam longè huiusmodi a prudentia intuitus, dicit intelliciter exitus, volentibus sese fallere, dum inexpertum nituntur eligere; qui dignitatem deturpat, splendorem dedecorat, electore calcato, iusto supplicio: siquidem haud decrevit dignitati hominem, sed homini intentato, rudique conferre superiorem dignitatem; ut rutilaret amplius eligentis abusus, & electus cognoscetur in proceritate dignitatis ineptus: apparet quippe attonita ac caperata stultitia, qua præcogitabatur profundissima prudentia. Stulci atrique facti sunt in cogitationibus suis; quia in electo ne cogitatio, & in electore haud rationalis intentio. Totà mente, toto corde, tota virtute conatur propositum, quod apparet abolitio rationalium potentiarum, sine quibus dum inexpertè electio, constat elector non homo. *Hinc est* (inquit Bernard. serm. 11. in *Cant.* n. 5.) *quod & ratio sepsissimè in iudicijs fallitur, & voluntas perturbatione iactatur, & memoria multiplici oblivione confunditur.* Parent incommoda, & electionis imprudentis pericula, ubi repit in ratione fallacia, in voluntate turbulenta, oblivio etiam in memoria: igitur electo bambalione papalardo, rudi, indigno, ac inperito, elector infauste propter sensum proptium, totum ac plenum amittit sensum. *Vigilanter Nostres: Piorde el sentido.*

Electio sine illa, indecora, & stultia.

Quam quare experientia erroris. Idem.

Euripid.

Maximè dicit non cogitatur dignitas sed commoditas.

Genes. 38. 28. 29.

Oporet unumquodque ibi collocare, ubi maximè utilis fuerit. Uti monet Euripides in *Rhes.* v. 626. Evanescit utilitas, ubi non dignitatis, sed electoris commoditas: cluetteque in electione delictum, irrationale propositum; igitur amentia & summa, committere fortunæ, quod debetur experientia.

4 Thamaridis instante partu, apparuerunt pro exitu contentendes gemini in utero. Unde in ipsa effusione infantium, unus protulit manum, in qua oblectrix industrie ligavit coccinum, dicens: *Iste egredietur prior.* At quid inde? *Illo verò retrahente manum, egressus est alter.* Sæpe in electionibus huiusmodi iactus; ut

lactentur politici varijs volatilibus cogitationibus, inter metum & spem, queis deviat, vel apponitur studiosissime cor: si quidem multoties unus expectatur, & alter egreditur. Perpendamus articulum ex Plinio lib. 7. cap. 8. *Ritu natura capite hominem gigni* (idest, nasci) *mos est. In pedes procedere nascentem, contra naturam est.* At sæpe videtur, rectusque dicitur partus, etiam non naturalis: brachijs verò procedere partum, nec naturale nec rectum. Adi Ulysem Aldrovand. Tom. 4. de *Monstr.* En figura in utero ambitionis, qua simulatur in prolubium prurigo scabiosa electurientis, quasi obstericis malaciã, ut monstrum pariat fortuna. Tania purpurea signatur infans, ut egrediatur Princeps, brachium extendens. Haud caput apparuerat, cui infulas obstericis aptaverat. Ritu naturæ homo nascitur capite: occultum planè erat illum in principem eligenti: & quæ videbatur electio, erat omnino infaturatio; quippe in Prælatum signavit, ignorans, an caput electus haberet, vel non haberet. Ligavit ad manum dignitatis insignia, duntaxat propter electionis prolubia, etiam cognoscens ita nasci non posse, imò perire; quandoquidem violentum, quòd quod partus, sit abortus. Præceptis sanè apparet consilium, dum ita disponuntur infulæ & rutilæ in principatum: etenim ruina rationis & opprobrium maifestatis; dum illum primatem & in potiora electrix ex abrupto designaverat, qui necdum caput ostenderat.

5 Uterius. Primus debet esse prior, ut illius meritis dignitas regente rutilet speciosior; quin electio fiat iniuria, ex eo quòd posteriori destinetur gratia. Manum, dubia electio, qui novissimus extendit, & illic obstericis tanquam primum insignivit. Longè profectò à prudenti in electionem circumspectione, lubrum risibile scemine, commendantis apparentiam, ac destinantis ad purpuram: igitur dignum ritu; relicto destinato propter dotem à cælo, alteri conferre obsequiosè dignitatem, quia habebat manum potentem. In pedes procedere nascentem, notatur contra naturam. Non ita violentum, ostendere pedem, ac ostendere manum. Manus homini conceditur, ut accipiat: pedes dantur ut procedat: & clargito insigni dignitatis, non electio emicat, sed appetentia electionis; siquidem duntaxat voluntatis præcipitum, manus conferre, quia electus extendit manum, quin notum

Plin.

Electio qualis ex voluntatis prolubio

Ex potenti brachio

omnibus faceret, quomodo pridem procellerit. Per caput ritu naturæ homo nascitur dignitati, siquidem capite notantur eligendi spectabilia instrumenta; manu autem potentiam interventiones, aut munera. Infans habebat caput occultum: elegit obstericis in priorem, quia vidit manum, & errore muliebri, & sensus facilitate: igitur illic coccino dignitatem contulit, ignara, electus quale caput haberet. Ubi deliberatio fieri solet in partum successoris, adesse solent ardelliones obstericis, qui facta voluntate (ut Princeps pariat, non quod concepit, sed quod illorum lubido in commodum cogitavit) auditio nomine, æctum proclamant: *Iste*. Infulis signatur: pergunt que plaudentes: *Iste egredietur*. Dotibus, qui cunctis maior, *Iste egredietur prior*. Quare? Quia ab illis signatus, quia ab illis electus, quia visa manus, unde illis pretiosus munus; quin viderent illorum præpostera designatione, totius ordinem immutari naturæ, quippe egredieretur, qui in re postponebatur. Quare edito partu cum ordine (illorum suffusa facie, dum elector his obstericibus liber) in splendorem familiaritatis Princeps egressus est alter.

6 Pende verba, ut constat quam adstricta præ ratione connexionum vincula. *Illæ verò retrahente manum, egressus est alter.* Ordo sanè, quòd prior egredieretur, qui conceptus erat prior; sed manus externa obstabat, ne prodiret, quod prius prioris dispositione conceperat. Quod prius parturientem inflabat, manus valida & insignita in oppositum premebat; ita ut invitè faceret, quod fieri noller: siquidem nisi signatus manum ab incepto retraheret; illum proculdubio fuderet, confereudo prioris dignitatem, quantumvis factum contra totum ordinem. Dum obstericis purpura manus ligavit (et si puer in dignitatem manum ambitiosè extendere) prudenter ligatus manum retraxit: etenim turpissimum ab electore munus, quo successor apparet ligatus manibus. Signare coccino, videbatur in dignitatem electio, quæ quidem dignitas ut fulgeat, honore atque potestate constat: indignumque in electione putatur (qua de causa electus refugit, & manum à dignitate retraxit) accipere honorem, & honoris accepti non videre potestatem: igitur propudiosum in decore, ita degere constitutum, ut sine electoris nutu non possit movere manum: Vide dicta, Tom. 1. T. 3. D. 3. à num. 14. Aliter cogitandum. Refugit, ut sese, etsi speciosè, ligatum sen-

Per prius acta vel non acta debent librari merrita.

Qui ambitiosus, infanus.

Ubi supra.

Aliorum nullum reputat incoermodum.

Quam præcunctis premanant intercessiones?

Electus ab electore ligatus, quare frequenter indignus?

Stat.

1. Reg. 28. 23.

sentit; maxime dum dignitati ligatur coccini delinatur, quippe ligatus assumitur & simul cognoscitur, assumptis tormentum, simulque in honorem extendit brachium. Ligatura est figum muneris, & simul quo constringitur amens: infansque sic ligatur, dum sic ligatur (ex cuius nota haud evaderet, nisi manum retraxisset) quia fanibus dignus, uti infans & furiosus; intendere fratri surripere officium, quia meritorum loco faventem habebat manum. Cuncta acumina auctoritatis vividius expressione nativi idiomatis. *Seria un loco de atar por la presunção, pues sin haver mostrado cabeza, antojo de una muger, pretendia el primer puesto, por tener un brazo poderoso.*

7 Denique. In huiusmodi articulo, elucet quænam ambitionis cogitatio. *Quare* (dixit obstericis) *divisa est propter remaceria?* Idest, tunica agnina, qua in utero involvitur gemini, non membrana duplici, nisi flexus sint diversi; quippe tunc distinctæ tunice. Adi Fernclium, lib. 7. *Physiolog.* cap. 12. & Maluend. hic. Sensus obstericis est, cum priore egresso loquentis: Quomodo egressus prior est simplici membrana; dum prius iam à fratre, ut prior egredieretur, excissa? Qui legitime egressi debebat, non rupit: rupit qui non debebat, quum manum foras extendit. Dum aliquis eligitur, cruciamine sollicitudinis, ibi dolores ut parturientis. Plures & plures addit perturbatio, si adfit ambitio, quæ omnia invertit, cuncta confundit, adinstat in utero geminorum, egredi & quam primum contendunt; ex quibus matri intensissimus dolor, eò quòd ille vel ille intendit exire prior: mater dolet, sed dolore matrem ambitiosus, abdicat; quippe parvi ducit in vota ambitionis, quòd doleant, vel rampantur viscera matris.

Superant vota modum. Ut canit Statius, 1. *Achill.* v. 144. etenim illorum modus, nullum habere, quanvis cælum mifceatur, orbe confuso, telluris. At quorsum tanta? Considera.

8 Satagit per pythonsam Saul videre Samuelem, iam fato fundum, igitur tot angustijs & pressuris desponderat animum. De historia agemus Tom. 7. *Tautol.* 2. modò videamus articulum, dum venetica commover Samuelis requiescentis monumentum. Facta incantatione, *Deos vidi* (ait) *ascendentes de terra.* Scena obijcitur indigni in thronum elati, atque pectoris ex suscitamine tumidi, quasi virtute exci-

tarentur propria, qui iacent, & iacere debent uti cadavera. *Deos dicit ascendentes:* ni ascenderent, haud sicine qui fautores nominarent: equidem nomina magna addita & addicta plausui, nequaquam dotibus attribuantur sed ascentui. Tanti sunt ascensus & descensus, ut exulet, vel ut concilietur plausus: igitur qui adinstat numinum ascendentes efferuntur insignes, descendentes truderentur uti demones. *Deos ascendentes.* Iam Dij qui dignè abdicuntur? Nihil mirum: suscitantur: approbatque in aulicis dependentia, & reprobatur rationalis conditionis verecundia; quippequam pudor vel perficitæ frontis, quòd beneficio ac venenicio mulierculæ, qui debent iacere in terra, adorentur quasi numina. Præterea. *Rex inclinavit se super faciem suam & adoravit.* Cuius despectus personam, adoravit & umbram? Mortuum viventem volebat, & requirit mortuum in auxilium, quem uti mortuum novit, quam adhuc viveret. En conditio potentum, dum indigent, vel indigentur, qua vel experta aulici non respiciunt: igitur quilibet liber se ostendit tumidum; & ubi pendet, proiecitur; tantam fovens in servitute ignominiam, quantam expers præfererat arrogantiam. Saulis instantia arte pythonsæ erectus, qui terræ oblivionis traditus; si que constituto, exhibita pronæ à principe adoratio: Principis profectò & regni expressa ruina ex huiusmodi scena. Sepulchrum oblivionem indicat: iussu regis mulier sepulchrum excitat; constantem ex suscitacionis tractu, totius Monarchiæ periculo: siquidem grave; quòd qui oblitus iure debebat iacere, interventione scemine excitaretur & pulvere. Princeps in angustia colit, quem sæpe ut cadaver præterivit. Davit postquam excitatum intellexit; ut discent Principes, quanti discriminis huiusmodi elevationes: igitur temper ominosum, potissimè interventione mulierum; quòd obijcitur tanquam numen erectus, qui apertius iaceret sepultus.

9 Denique pendendum in propositum (quasi digressione esset interruptum) cur ex suscitacione illius quem desideraverat, tanta consternatio cordi principis inerat? *Statum cecidit porrectus in terram: robar non erat in eo.* Haud tam horror ex erectione, quam ex loco tali. E sepulchro facta fuit erectio, mulierculæ pravæ prolubio; cum sint fomes infelicitatis & pulvere nonnumquam erectiones. Eriguntur ex pulvere, in quibus meritorum visa nec umbra. Eriguntur, sed non è pulvere, quorum aliqua ali-

Semper plausus comitantur ascensur.

Verf. 14.

Ubi in potentibus profectionis ignominia, & arrogans insolentia

Indigni erectione totius monarchiæ destructio.

Verf. 20.

Fomes infelicitatis & pulvere indignorum erectiones.

aliquomodo prævisa & experta merita: horroreque Princeps tunc erectione percillitur; quippe vel improbis horror, quod excitatus è pulvere, nullis meritis præmissis, erigatur tanquam numen in fastigia dignitatis. Prolic exemplum, ac compestat impetus imprudentis præcipitium.

Menand. Fortuna lubrica.

Cant. 6. 9.

Quomodo electio plausibilis sine libertate electi?

Psalm. 88. 20.

Insignis fit, si è caelo est.

Fortuna quando saltat insultat simul. Ut astruit Menander in *Cnidia*: equidem elatos rider, videns elatos in ardua, erectionibus indignis fabricare præcipitia. Secus videtur, dum quæ assumitur adiustat Solis electa, ritè præmittitur uti Aurora & uti Luna: Solis maioris luminaris munus constat præ cæteris mains. Quod supremum debet eligi ac destinari supremo regimini; sed suffragio prudentissimæ experientie: igitur meritò fulget in folio Solis, Solis adiustat electa; quæ prius per mœnera processerat inferiora. At dices: Quomodo electa? Similitudo acuit argumentum, equidem Solem prospicimus solum. Si electio non est in uno, quo iure erit electa & electio? Dum adimitur dotibus electi huiusmodi necessaria libertas, effulget magis in electione felicitas; etenim tanta meritorum commendatio, ut sit nobilior electio, quod prius fiat meritis, quam suffragijs. Nobilior sanè, quàm prius assumitur sic: igitur qui dignior munere fulget ut Sol; dum dignitati dotibus nascitur electionem, antequàm eligatur suffragijs in dignitatem.

Non mirum, quod in his plausibilibus electionibus floreat prudentia, siquidem commendantur in Scriptura: habebit enim eundem exitum felicem, quisquis sequitur præ meritis directionem. *Exaltavi electum de plebe mea*: in se Deus de electione David, assumpti ab illo & per illum totius in principem Israël. Ita à Deo assumptus & constitutus Rex ab eo super Sion montem sanctum eius. Suffragium planè divinum, ex quo electi nomen gloriosum: igitur in verbis quasi per signa, Principis designatur in dotibus excellentia: perspicue quippe nota meritorum fit, quum electio plauditur electio Dei. Intende. Adversus huiusmodi optabilem plausum, grave occurrit argumentum. Si electio patet exaltatione electi in dignitatem, quomodo electus signatur ante electionem? Erat homo vel privus singulariter David, quo plus nemo iuxta cor Dei. Sunt merita quæ prius eligunt, quem voces astruunt; quippe confirmat eligentium suffragium electionem meritorum: & ante electionem plauditur David electus & iurè in fastigium digni-

tatis; quoniam antequàm vocalis: iam exaltaverat dotes. Dialecto nostra: *Se aplauda electo à las mayores alturas, porque antes de la eleccion era un hombre de prendas*. Ratio subest. *Ece (Deus) dabit voci suæ vocem virtutis*: dicitur alibi. In electione indigni, sine virtute suffragia duntaxat voces. Voci vox datur virtutis, & voci Dei; dum electus est iuxta divinum cor. Vox meritorum, est valens, est sine virtute, modò sine suffragantium applicatione; approbatque electi meritis, virtus cognoscitur vocis; quippequàm in electo quæ vox dotium, comprobatur per voces iam electum eligentium.

Claret, dum de Deo dicitur: *Fecisti patres electos*. Ille etiam, *Isai. 42. 1. Ece servus meus electus meus*: quo loc. Hieronymi. *Ece puer meus electus, quem elegi*. Undè apud *Matth. 11. 18. Ece puer meus, quem elegi*. Electus eligitur? Fit & præclare quod supponitur inter indivisa merita atque divisa suffragia, cum commendatione electi; quippe tunc consulunt dignitatis splendori: etenim elevant vocales egregie in thronum, quem propter merita eximia invenerunt constitutum. Quanta in constitutione perturbatio, quàm aliter fit electio! In varietate lectionum Tautologia, obijciuntur electiones à ratione devix. *Fuit (dicitur) vir unus, singularis, excellens, electus, inclutus*. Alij: *Fuit vir quidam*. Vide num. 6. & 141. Et varis sententiæ pro vocalium fastidio vel affectione, non eligentium electum, sed voluntatis probibium: etenim cum non eligant electione, sed phantasia, iuxta cupidinis vota; stolidum, inhabilem, ineptum, quæ quidam, extollunt unicum: & qui unicuique excellens, in dotibus singularis propter præstantiam; æstimatur ab illis quasi quidam. Ratio accedit, attentè circumspicit: at quid? *Principes extiterunt, & non cognovi*. Non cognoscit videns assumptos in principatum? Uti que: non cognoscit, qui dotibus in throno non cognoscitur: oriturque risus, unde illorum plausus; quippe ab illis uti unicus electus, qui nec ut quidam inter vocales notus. Eligunt profectò merita, ut sit dignitas electione decora: & ubi sicine illi præclarus honos, vocales eligunt *Patres electos*; quia dotes illos evehunt electione illustriore in dignitatem, antequàm suffragia vocalium manifestent electionem.

De patre Gracchorum ait in *Tiber*. *Plutarch. Cum Censura, duo Consulatus, totidemque acti triumphi ei mandantur*

Et à meritis ante suffragia electionis.

Psalm. 67. 34.

1. Mach. 7. 25.

Hieron.

Electio electi quo iure habenda maxime?

1. Reg. 1. 1.

Osee. 3. 4.

Affectio erroris in electionibus.

Cur eligendus dicitur electus, si dignus?

Plutarch. *gnam atulerint gloriam, splendidiorè tamen virtus dignitatem conciliavit*. Viduus interprete Leonardo Aretino: *Duobus consulatibus, duobusque triumphis, & insuper Censura gloria insignis: multò plus tamen ex virtutibus eius, quam ex magistratibus atque honoribus aërat dignitatis*. Sicine meritò plausus, ex eo quod patuit decore dignitatis ante electionem electus, haud honoratus à munere, sed munus illustrans in assumptione: igitur vel amplissima dignitas, ubi ab electo dignitati manat amplior auctoritas.

Inanes captat honores

Oth. Ven. *Qui querit honores ex commendatione dignitatis: etenim cum hæc conset, dotium electi præstantia; sine meritorum splendore, auctoritas folij & infule cadunt sine auctoritate. Ipsi sunt reges magni (infit Vener. Beda, lib. 3. cap. 43. in Luc.) regendo præfisse noverunt*. Haud sublimè cadunt, quippequàm regendo præstant: minimeque præfides prætelent, modò sine meritis honores vacuos captant: quandoquidem honores inanes, si honor duntaxat ab auctoritate honoris. Floruit virga Aäron, uti vidimus: *Tautol. 2. D. 1. à n. 2. dum contentio facta circa electum in Pontificem summum. Liquit contentio aversionem voluntatis, & non consilio rationis*. Hæc decertat, priusquam aliquid fiat: illa persistit, etiam electum floridum notat, notà turpitudinis ex prævæ prohibitate affectionis; cum ratio pugnet & repugnet abundantia sensus, ut floreat munere dignus: fatius sanè certare semel, quam semper supercertare. Ergo instituto.

Beda. *Non honor qui ab honore.*

Num. 17. 8.

Dotibus florentes eligenti, ut floreat dignitas.

Verf. 10.

gnam aliarum electionum sit huiusmodi miraculum: qua de causa virgam floridam in scelis percudit Hebræorum Republica. Adilis Georg. Herovus *Tbesaur. Hieroglypp. figur. 104. Villalp. in Ezechiel. Tom. 3. lib. 2. de Ponder. numismat. & mensur. dilput. 4. cap. 22. & loach. Camerar. Centur. 1. Emibi. 52. Quam felix Republica, quam faulta, si ad electiones inter candidatos illustre generis versaretur numisma! Optabilis sanè electio, ubi dici posset: *Cuius est imago hæc & super scriptio? Optabilis, si singuli virga florens: equidem haud inanes honores, modò rivales essent dotibus florentes. Perpende verborum emphasim, dum in numismate obijciuntur excussa imago: non dicitur *Scriptio sed super scriptio*. Scriptio nominis est indignorum rubrica: quo intuitu Seneca 1. *Benepi. cap. 1. infit: Non eligimus dignos, quibus tribuamus; sed nomina*. Super scriptio notat super nomen meritorum dignitatem: & dum monstratur eligendi imago, dicitur *Super scriptio*, & non *scriptio*; quia nequaquam in munus nominandi qui sunt scripti, quia scripti: sed quos scriperunt cum nominibus merita; ut subscriberent suffragia.**

14 Sic exaltatur David. *Prospexi (dicit Dominus) super filios nominum, & inveni David servum meum: oico sancto meo unxi eum*. Meritis superabat omnes, qui quidem plures: & exaltavit electum de plebe, nimirum, de tam religiofa, dotata meritis congregatione; quia cævi in culmen dignitatis, necessarium, cuius dotes iam in folio eminentiâ meritorum. Erat eligendus è millibus iam electus, in cacumen dotibus elatus, priusquam assumptus: unde cum optimis, præclaris meritis cedant iurè dignitates; antequàm esset in culmen electus, supremo throno iam collocaverat virtus. *Exaltavi electum*. Non exaltatur electus, ni fulgeat ante exaltationem dotibus; quia ut ait ad *Appium, Cicero. Insignia virtutis multi etiam sine virtute consecuti sunt*: equidem meritis vacui gaudent dignitate, sine exaltationis honore. David expectationi respondit: & in sublimiori cacumine sine exaltatione fultit; quippequàm ut singulares, insignes & eminentes, ante exaltationem in honorem dignitatis, iam suffragate fuerant electi dotes. Nostrates: *Antes de la eleccion exaltadas, porque para la dignidad ya avian votado sus prendas*.

15 Hinc de *Isai dicitur: Iesse genuit Da*

In insigni honor inani.

Signum virga florentis Aaron in scelis Israël.

Matth. 23. 20.

Senec. Non scripti nominandi sed meritis digni.

Ubi supra. Quomodo dotes eligunt?

Cicero. Indignus non exaltatur in mæneris exaltatione.

Matth. 1. 6. Da

Digni qui eliguntur an- tequam eli- gatur.

David regem. Reges haud gignuntur, gi- gnuntur homines. Utrique, sed sunt in ele- ctione, & etiam exaltatione spectabiles; quando quia homines & singulares con- stituuntur in reges: unde de illo quem Deus uti electum exaltavit, asseritur nihil, regem fuisse a conceptione; quia dotibus rex apparuit, antequam fieret. Vide Tom. 1. T. 4. D. 1. a. n. 10. Ipse natus est in Beth- lehem, & etiam rex, non regem qui rex genuit Salomonem. Hominem in principatum, sed non principem genuit; quoniam expe- ctationi, etsi princeps non respondit: mi- nimique a rege rex uti pater concipitur, regia quantumvis dignitas obtineatur; quia non habet uti princeps dignitatem, nisi qui natus in principem. Iccirco Salomon de se dicit: Fui rex Israel in Jerusalem. Quando non fuit, ex quo cepit? Descri- bitur differentia meritorum inter patrem & filium: etenim Salomon fuit rex, dum fuit, & habenas regiminis habuit; David vero antequam esset: nactus est enim doti- bus dignitatem, ante vocem electionem. Voces dederunt nubes, ut exaltarentur do- tes: etenim sine illo sede vacante violentus regalis thronus, quippe David in regni re- gimen natus.

16 Denique pendamus Dei verba, ubi ab illo assumitur David in regni cacumina. Exaltavi electum. Videtur in eisdem idem sensus, & est pro exaltatione maiestatis dis- tinctus. Est exaltatio, Exaltavi: & est ele-

ctio, electum; simulque electi exaltati glo- ria: de plebe mea. Quorsum ergo exten- denda cogitatio, si digni ac digna patrata electio? Nihil plane ad electionis aquita- tem, sed totum refert ad electi exaltatio- nem. Multoties iacent proculcata insignia dotium, sine honore, quo clarent, dignita- tum. Pendente a caelo electione benemeriti, merita nunquam sine debito honore: Deusque dicitur exaltasse electum in au- ditoratum resurgentem thronum; quippe si elegerunt prius dotes in dignitatem, ne- cessario conferri a Domino possessionem. Lucent amplius electi commendabilia in- strumenta, in firmamento dignitatis tan- quam sidera: Davidque a Deo exaltatur electus, ut evedtus ad thronum luceret amplius, commendante dotium amulatio- nem, ut caeteri digni ascendant in digni- tatem: etenim prudens consilium suffra- gantium patebat, eligentium ex voto, quem Deus propense exaltabat. Semper honorat dignos, ut ex eis clarescat honos: & ex congregatione illustrius David as- sumitur, demumque inter fratres elevatur; ut possessione dignitatis elevaret, quem propter merita insignia ut rite ac iure eli- geretur, elegit: igitur electio omnino pru- dentissima, dotes quando suffragantur; priusquam suffragia. Per illos enim luce- re dignitatum thronus, quos

Ardens evexit ad aethera virtus.

Virgil.

si a caelo electio, con- firmat in possessione exaltatio.

Eccles. 1. 12. Non qui ele- ctus.

Ubi supr.



TAU.

TAUTOLOGIA QUARTA.

LACTAVIT FILIUM SUUM, DONEC AMOVERET, eum a lacte. 1. Reg. 1. v. 23.

EXPOSITIO LITERÆ.



Impletum est igitur, quod Annæ, uxori Elcana, Sum- mus Sacerdos Heli optaverat, vel promiserat. Dixit ad eam Heli: Ambula, quoniam scis pro quibus ora- veris. Exaudita est oratio tua: noluit autem (inquit Philo Biblicus) ei dicere Sacerdos, quis p-enumeratus est ex ea Propheta: ipse enim audivit, cum di- xit Dominus pro eo. De hoc egimus, Tautolog. præc. numer. 3. Videtur idem astruere vir eius, quem An- næ dixit: Precor, ut impleat Dominus verbum suum. Quale ergo huiusmodi verbum præter dicta à Philone; divinant Rabbini, fingendo auditam aliquando de caelo vocem in Silo, prænuntiantem pueri nativita- tem, nomine Samuelis, quo superstitie, iugum Allophylorum excutiendum, & ipsos proterendos miris victoribus à victis Israëlitis. Vide Abulenf. Lyrarn, Mendozam, & Sanctum hic. Idem astruunt in Elifet nativitate: at enim gaudemus parono. In eius ortu aurea vitula (ait Isidor. de Ortu & obitu Patrum, cap. 36.) mugitum dedit, eiusque vox in Jerusalem personavit. Tunc quidam presagus Vates: Hodie, inquit, in Israël natus est Propheta, qui cuncta eorum destruet idola. Idem Petrus Comestor in Histor. Escholast. cap. 36. in 3. Reg. Addit. 1. Sanct. ibid. cap. 19. num. 64. Alap. v. 16. Ulyss. Aldrovand. de Qua audep. bisulc. lib. 1. cap. 1. de Bove, titul. Oracula & prodigia. Omnes, ni fallor, sum- pserunt ex Epiphani. de Vit. & interitu Prophetar. cap. 6. & Ioan. Hierosolymitan. cap. 13. Haud aliter Rabbini cogitant factum in ortu Samuelis, implete Domino verbum suum, uti dixit Elcana; verum falluntur: quandoquidem claret, illis verbis alluisse tantum ad illud Heli, exponente votum Anna, v. 17. Vade in pace, & Deus Israël det tibi petitionem tuam: vel ut inquit Philo, non optativè, sed assertivè: Exaudita est oratio tua.

Philo Bibl.

Nativitas Samuelis prænuntiata.

Isidor. Presagium virtutis Elifet ab ipsa nativitate.

2 Soboles ab illa desideratur, & ob amoris vinculum, & ob avertendum ab amula irogatum opprobrium. Amaro enim animo flevit largiter, votum vovit, & potita voto, Floride ac nitide Ioann. Melius de Soufa lib. 3. de Concept. Virg. à v. 223.

Unum mihi dicere fas sit:
Non ego concubitus turpes, Venerisque nefanda
Delicias, indigna toris socialibus, hausi:
Legis in obsequio nubens, & prolis amore
Ducta viro, thalamis & ius & fœdera novi.
Da mihi materno, si fas est, munere fungi.
Si mihi concedas, quod adhuc natura negavit;
Quisquis erit fetus, dederint quem viscera partu
Incolamem, tibi grata dico: si lege parenti
Ius datur in sobolem, si qua est materna potestas,
Sive marem dederis, matri solatia: sive
Dulcia femineæ videam cunabula prolis,
En tibi devoveto: soli famuletur Olympo.
Talibus orabat dictis & peccatore supplex
Anna Deum, passimque preces & vota serebat.

Soufa

Tom. V.

Da

Agg